4

ELEMENTA

LINGUAE AEGYPTIACAE

VULGO COPTICAE

QUAE AUDITORIBUS SUIS IN PATRIO ATHENAEO PISANO

TRADEBAT

HIPPOLYTUS ROSELLINIUS

LINGUARUM ORIENTALIUM, VETERIS HISTORIAE
ET ARCHAEOLOGIAE PROFESSOR.

ROMAE 1837.

EX TYPOGRAPHIA COLLEGII URBANI

Sumptibus Francisci Archini.



ALOISIO LAMBRUSCHINIO

CARDINALI TITULO S. CALLISTI

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

A GREGORIO XVI. P. M. NEGOTIIS PUBLICIS PRAEFECTO
STUDIORUM PER DITIONEM PONTIFICIAM
UNIVERSAM CURATORI SUMMO etc.

FRANCISCUS ARCHINIUS

NEGOTIATOR LIBRARIUS

Cum non sine Dei O. M. consilio evenerit, Aegyptiacas litteras hac potissimum aetate e tenebris, in quibus tot secula ignoratae delituerant, in lucem prodiisse, quando id scilicet sanctissimae Religionis intererat, tum eidem Providentissimo Numini curae profecto fuit, virorum sapientia, dignitate,

auctoritateque praestantissimorum tutelae novam disciplinam commendare. Etenim quum nulla doctorum animis antecepta hujusce scientiae inesset informatio, sine qua nec existimari, nec quaeri, nec intelligi Aegyptiorum monumenta possunt: quippe auctores, qui superioribus aetatibus aliquid de hujusmodi antiquitatibus protulerant, ita erant comparati, ut eas praesenti hac luce donandas ne suspicari quidem potuerint; aliqui fuerunt inter nos (quod Tu Princeps Eminentissime minime ignoras) et apud exteros qui cum investigationem viderent per se difficilem esse, veterique opinioni adversantem, studia ipsa coeperunt inimice insectari. Bella hujus generis animi tui constantiam nequaquam fregerunt, eo namque est veritatis amore animus tuus praeditus, ut, si aliqua perobscura quaestio inciderit, hominum ingenia non deterreri aut obtundi, verum excitari acuique, ad id quod verum sit assequendum, oportere, semper censueris. Quare iis, qui ad hanc disciplinam excolendam vires contulerant, animos addidisti, fovisti labores, subsidia parasti (1), ut tuo quoque patrocinio optimarum artium, quod universi in hac alma Urbe fatentur esse maximum, debeatur, doctioribus per Italiam, et extra non ad opinionem amplius, sed ad veritatem plane persuasum nunc id esse, naturam scripturae hieroglyphicae talem probari, qualis ab Equite Champollionio monstrata fuerit. Vicit ergo sapientia tua, qua vel in ipso aestu illius acerrimae contentionis intelligebas fore, ut *opinionum commenta deleret dies*, rem probe dijudicatam *confirmaret*. Haec me hortata sunt, ut Tibi Princeps

(1) Maximam *Aegypti Descriptionem* regiis sumptibus Parisiis adornatam sexdecim tabularum, quae splendissime delineatae sunt, voluminibus comprehensam: decem praeterea volumina in fol. enarrationes exhibentia atque commentarios regiae Academiae in eas tabulas, Opus merito in re bibliographica *alterum miraculum Orbis* appellandum, Bibl. Vaticanae dono dedit studiosorum commoditati prospicicas.

Eminentissime, nuncuparem libellum quem typis edendum curavi, quique *elementa* complectitur *linguae Aegyptiacae* vulgo Copticae, cujus reliquiae in translatione Thebana praesertim et Memphitica Canonicorum LL. V. et N. Testamenti supersunt. Hae namque cum indolem sermonis vetustissimi illius populi testantur, tum viam ad Aegyptiaca monumenta intelligenda parant, conferuntque ad eorundem interpretationem quammaxime. Eoque tuis magis auspiciis in lucem emittenda erat grammatica Aegyptiaca, quod multa in ea nova methodo tractata inveniantur, quae cum a viris navis ingeniose notata fuerint, dilucideque exposita, studiis, quibus Tu praees, amplificandis in hac sacra Ditione apprime utilem fore autumant eruditi viri quamplurimi.

Benigne igitur quod offero admittas, precor; et me tenuem hominem, sed Tibi Princeps Eminentissime, addictissimum in clientelam suscipe.



ALOISIUS MARIA UNGARELLIUS

SODALIS BARNABITES BONONIENSIS

LECTORI SALUTEM.

Equidem, vel in hac novae disciplinae luce, qua veterum Aegyptiorum lingua, instituta, mores, historia, monumentis diligenti obstinatoque labore vestigatis, maximo scientiarum peno omnium incremento, perfunduntur, non desunt quibus copticae linguae studium supervacaneum ideo videatur esse quod eam degenerem linguam o graeci arabicique idiomatum colluvie ortam traducant, dedignentur propterea eandem *aegyptiacae* nomine designare. Quumquo ex his nonnulli orientales litteras maximi faciant, in iisque colendis adeo sedulam impendant operam ut praeclaros laborum suorum fructus proferant in dies, hanc porro linguam no uno benigno quidem intuitu dignam hactenus existimarunt. Id ego saepe mecum ipse considerans, neque semel cum viris doctis, familiaribus sermonibus, commemorans, deprehendi, anteceptam opinionem de *interitu linguae aegyptiacae* partim, partim vero minus congruam rationem qua hujusce idiomatis reliquias in grammaticis institutionibus pertractatas viderent, pravo eorumdem judicio praebuisse causas, ita quidem ut, si a primo, tanquam a re incerta, assensionem cohibuisse praestabat utique, veniam aliquam repetitae querelae ex altero capite mereri videantur. Pauci enimvero spartam hanc adornarunt; qui autem ejusdem linguae ingenium probe noverint, vetustatem aestimaverint praeceptionesquo ad ipsius naturam conformatas tradiderint paucissimi extiterunt ne dicam prorsus nullus. Cum enim *primarias copticas radices* monosyllabas omnes ad unam suspicatus esset antea nemo: omnes fere latuerit nexus quo nomina verbis, articuli et pronomina iisdem radicibus, ac illa vicissim continentur, derivationis et compositionis lege constanter servata, mirum esse non debet si regulis haec adstringi hactenus non potuerunt;

natura namque rei ignorata, perturbari sequitur quidquid de ea traditur. Quis porro grammaticorum sedulo animadvertit monuitque diligenter graecas voces quibus palam est latinis copticos libros scatere, non ita quidem civitate donatas ut quae iisdem respondent coptica vocabula semper exulare sint coacta? id equidem saepius docet idea graece expressa paulloque post, atque adeo una eademque *pericope*, rursus aegyptiace prolata, ut, iis exceptis, quae Christianos ritus attingunt, consuetudo magis ex quadam assentatione profecta exterarum vocum usum quam inopia proprii sermonis videatur induxisse. Haec hujusmodi sunt quae commixtioni aliorum idiomatum cum coptico sermone oppido repugnent. Neque facile cuivis persuaderi continget, locum fuisse aut idoneum tempus arabicae linguae corrumpendi aegyptiorum sermonem adhuc superstitem tunc in MSS. Codicibus, quum ex his plures Arabum dominationem praeverterint antiquitate. Nonne Sacrorum librorum versiones aetatem illam manifeste redolent qua res christianae per Aegyptum maxime florerent intra alterum nempe seculum et quartum? De quo vero, si alia deessent, collatio cum septuaginta Interpp. Translatione instituta testimonium diceret amplissimum, quum vetustiores atque adeo puriores istius lectiones conspicuae sint in coptica versione; id quomodo ad graecum textum restituendum quantumque conducat sacrae critices cultores viderint. Sed quorsum haec, quum argumenta, quae superstitem haud minima ex parte in copticis libris antiquissimam aegyptiorum linguam evincunt, ita in eruditorum oculos incurrant ut non relinquant ambigendi locum? Aperta namque illis est admiranda consensio nominum (1), verborum,

(1) *Coptica nomina usitatiora hieroglyphicis expressa, pro varia scribendi ratione, signis nempe pronunciationis indicibus, vel signis rem ipsam pingentibus, aut symbolice exhibentibus, animadvertere licet in aegyptiacis monumentis: quorum nominum accurata prolatio parum aut nihil discrepet a coptica forma. Exempli loco sint* sol, luna, digitus; *duo priora cum, e receptis probatisque hieroglyphicos characteres legendi regulis, efferenda sint* ⲣⲏ, ⲟⲟϩ, re, ooh, *sub hac eadem forma ubique copticorum codicum deprehenduntur. At ne anceps haereas num recte hieroglyphica illa signa legeris, solis figuram et lunae cor-*

nec non aliarum orationis partium quae prout in codicibus obvia sunt, sic hieroglyphica in scriptura exprimuntur; et hanc fortuitam non esse tum ejusdem frequentia, tum orationis series, quacum imagines pictae vel sculptae conspirant, jamdudum suaserunt illis praesertim qui Monumentorum in Aegypto adhuc superstitum Explanationes studio et labore Auctoris hujusce grammaticae elucubratas sedulo pervolutarunt. Itaque si nomina quaedam a pristina forma aliquantisper deflexa, aliaque longo seculorum lapsu obsolescentia, ipsa praesertim hieroglyphice scribendi ratione obsistente ne lingua in aliam abiret, ex quo nonnihil discriminis postea inter sacram vulgaremque dialectum par est intercessisse, si haec, inquam, prudenter judicaverimus, eandem esse utrobique linguam ab omni fit dubitatione remotum (1); atque jure quidem illam sibi *aegyptiae* nomen vindicare concedent omnes. Id si ex dictis non facile consequi morosis fortasse videretur, ad etymon illos pervagati apud nos nominis *coptos* provocarem, quid enim aliud est *coptos* quam *aegyptius*?

---

nua adpicta invenies iisdem nominibus. Si quis inquirat quare hieroglyphica scriptura humani digiti *schemate* τὴν μυριάδα *repraesentet, copticum lexicon docebit tantam nunc esse similitudinem inter formam vocis* ⲧⲃⲉ. *ἡ μυριὰς, et* ⲧⲏⲃ digitus *quanta fuit olim.*

(1) *Ad rem meam Millin scribebat:* " *la langue copte conserve en-* „ *core dans son système grammatical plusieurs traites de la physiono-* „ *mie propre à un idiome qui s'est long-temps écrit en caractères hié-* „ *roglyphiques.* „ Magasin encyclopédique 1808. vol. 4. pag. 255. seq. *Idem affirmabat Stephanus Quatremère* Recherches critiques et historiques sur la langue et la littérature de l'Egypte *apud Silvestrum de Sacy* Notice *etc. Quamvis autem argumenta a Clariss. Schleiermacher* De l'influence de l'écriture sur le langage *pag.* 39. *seq. probare contendant peculiarem indolem copticae linguae a hieroglyphica scriptura repetendum non esse, haec prorsus nihil adversus meam sententiam efficere arbitror, qui unum hoc propugnandum existimo, quae hieroglyphice scripta leguntur ita convenire cum natura coptici sermonis librorum qui in manibus nostris versantur, ut disparitas praecipua orthographiae sit et syntaxeos, linguae vero longe minor.*

sic enim vox *ghipt* vel *ghept* in arabum ore sonat aliquantisper corrupta (1).

Haec ita esse quum apertissime pateat, nervis omnibus contendendum videtur ut non modo ab interitu haec lingua vindicetur, sed ut illustriori loco habeatur, nostra hac aetate praesertim, quae superioribus non illa quidem philologiae studio major, verum etiam honoratior multo videri vult. Equidem novimus floruisse anteactis proxime seculis vel inter nostrates viros aliquos memoria dignos in quorum mentem cum, ne divinando quidem, venire non posset cui et quanto usui copticae linguae studium futurum erat, ut nunc est; ejusdem tamen proprietates, quoad licuit, persequuti sunt, regulasque communi utilitati digesserunt; Kircherum in iis commemoro qui omnium prior fortasse *Primitias linguae Copticae sive Aegyptiacae antiquae* edidit, et sub hoc titulo sin minus perfectam, adumbratam saltem protulit grammaticam. Huic quantum debeant aegyptiacae litterae apud justos rerum aestimatores *Scala magna* perpetuo testabitur. Sua quoque laus est Tukio copticae grammaticae ob exemplorum copiam praestantissimae Scriptori. Quid Woides et La Crozius? id uterque praestitit quo nescio an quilibet alius pro ea tempestate melius fuisset praestiturus. In istorum laudis partem *Elementis* suis concinna brevitate elaboratis venit Didymus Taurinensis. Bene de copticis litteris meritus est quoque Bonjourius quamvis doctae ipsius lucubrationes nondum lucem aspexerint. Iablonskium, Ignatium Rossium, Zoegam cultoribus coptici sermonis apprime charos postremos appello; hi pro eorundem ingenio tantam linguam hanc luce donarunt quanta in illa subsidiorum inopia expectandum non erat. Et hi quidem ejusdem linguae eum vetustate tum dignitate permoti, quam in MSS. editisque codicibus tantummodo admirati essent, eximiam operam suam eidem navarunt. Verum quid nos facere decet quibus nunc monumenta ipsa manu veterum aegyptiorum conscripta subsidio veniunt, unde peculiarem lin-

(1) *Ea de re in iis libris plura sunt exposita quos Auctor noster de* Monumentis Aegypti et Nubiae *conscribit, vol.* 2. *partis primae pag.*296. *et vol.* 2. *secundae partis pag.* 76.

guae usum , verborum proprietatem aliaque multa ad grammaticam spectantia haurire valemus ? exempla istiusmodi prout lapidibus inscripta, certius nos quam quae chartis consignata fuerunt edocere possunt : ab his aut traditae jam grammaticae leges firmantur , aut ratio nobis judicandi suppeditatur de pristino loquendi usu , veterem proindo conferendi cum praesenti linguae conditione id quod ad hujusmodi litteraturae incrementum majoris est momenti quam exequi verbis possit. Quanta ex his superiores illi viri docti , quos commemoravi , penitus ignorarunt non culpa hominum sed aetatis ! quo magis illud verum esse deprenditur dictum :

οὐδ' ἄρα πως ἦν
ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι (1)

Nondum enim felix faustusque dies (faustissimi enimvero ominis non uni sciontiarum generi extitit dies ille) illuxerat , qui praesentis seculi initio vices quodammodo nuperrimis eruditis rependit laborum atque inquisitionum , quae superiorum ingenia atque conatus tamdiu fefellerant , arcanum patefaciendo hiroglyphicae scripturae.

Cum igitur nova scientia ingenia exercere coepisset Clariss. prae ceteris Equitis Franc. Champollion (cujus interitum non sine moerore rerum aegyptiacarum cultores memorant), is tunc, qui litteras copticas non modo perfectissime calleret , verum et ejusdem linguae naturam pervestigasset acutissime , novae lucis ope hanc e monosyllabis vocibus undique constare compertit. Inventum suum latius exinde hieroglyphicae scripturae contulit , felicique admodum successu cetera excogitatae veteri formae respondere animadvertit. Nequo enim id secus accidere poterat ; quum enim omnium primus copticam linguam , quae vulgo appellatur , sub, tot secula frustra tentatis, hieroglyphicis signis latere demonstrasset (2) , nova exinde copticae linguae naturae primigeniae confirmatio accessit. Innotuit ergo et qua de causa hactenus editae grammaticae a perfectione tantopere distarent , et quam imposterum viam esset insistendum ad absolu-

(1) *Iliad. XXIII.* 670. 671.
(2) Précis du Système Hiérogl. *Cap. praesertim V.*

tam aegyptiaci sermonis ideam tradendam assequendasque ejusdem regulas. Negotium hujusmodi pro sua in philologicis rebus solertia idem aggressus est Champoll.; non usque adeo tamen perfecit ut nova grammatica in lucem posset prodire; contendendum namque illi erat quo veram hieroglyphicorum naturam comprobaret, traditamque doctrinam adversus impugnatores defenderet. Res ita se habebant, quum *Monumentorum Aegypti et Nubiae* Enarrator praestantissimus, cujus jam tum praeclara laus in orientali litteratura emineret, insperato patefacti tunc mysterii, ut ita dicam, hieroglyphicae scripturae nuntium accepit. Mirum quo se animi impetu ad hanc litteraturam excolendam dederit, quave diligentia traditiones explanandas arripuerit quae in Aegypti monumentis extarent proditae. Quo factum est ut illum qui in hoc genere princeps Italiae fuerat (1) nemo deinde tota Europa anteire valuerit. Hic ut primum in Champollion amicitiam venit, accidit utrisque, quod ceteris doctioribus, ut nempe conjunctio animorum, studiorum similitudine maxime conciliata, quandam doctrinae communitatem inter eos pepererit. Ex hoc revera fonte se linguae aegyptiacae doctrinam hausisse Auctor non semel est professus, quam aliis quoque cupiens communicare haec *Elementa* juxta novam methodum auditorum suorum usui tenui exaravit libello, brevius sane quam Champoll. fecisset, verum perspicuitate commodius, nonnullis praeterea de suo adjectis (2). Cujusmodi libellus cum manu scriptus circumferri coepisset fuissetque ad me delatus, intellexi statim vulgatum hunc magno usui fore. Quocirca Auctorem per litteras conveni; ut in plurimorum utilitatem typis consignari haec *Elementa* pateretur rogavi. Minime gravate se id factum laturum

(1) *Vide* Il Sistema Geroglifico del Sig. Cav. Champollion il minore dichiarato ed esposto all' intelligenza di tutti dal Dottore Ippolito Rosellini etc. Pisa 1825. *Et* Di un Basso-Rilievo Egiziano della I. e R. Galleria di Firenze Illustrazione del Dott. Ippol. Roscllini P. Professore di Lingue Orientali nella I. e R. Università di Pisa. Firenze 1826.

(2) *Ipsi inter alia debetur tabula a fronte paginae* 2 *collocata schemata referens hieroglyphica et hieratica, unde sex e nuperis litteris mutuati sunt aegyptii.*



perhumaniter respondit ; quippe ad aliorum studia juvanda magna voluntate ferri consueverit. Denuntiavit tamen, se ea conditione acquiescere, si editor, quisquis ille futurus esset, palam lectores commonefaceret grammaticam hanc Champollion maximam partem acceptam referri debere : conditionem accepi, fidem meam libero.

Hactenus de horum elementorum occasione et Auctore ; pauca nunc de ratione praesentis editionis. Atque in primis, quo latius eorundem usus pateret vel ultra montes, ea latinitate donavi. Exempla, quibus regulae et observationes fere singulae innituntur, ex auctoris praescripto, coacervavi e SS. Librorum V. et N. T. fragmentis editis thebanao scilicet, memphiticae atque baschmuricae versionis. Non secus ac pronominibus et articulis pro unoquoque genere, numero atque personis apposita sunt exempla selecta ; in verbi personis singulis uniuscujusquo temporis praestari similiter oportuerat, si per librorum copiam licuisset, eorum praesertim qui ad baschmuricam dialectum pertineant : pro opportunitate tamen nonnulla apposui ; alias fortasse, Deo bene juvante, satis huic muneri pleniusque faciam (1). Nunquam porro neglexi singulis ut exemplis e copticis textibus singuli a fronte textus graeci responderent e LXX. Intt. undo Versio aegyptiaca profluit. Et quoniam ista cum Codice Alexandrino plerumque facit, hoc ideo usus sum ad cujus fidem capita atque versus indicarem. Subinde tamen, illo derelicto, me Codicem Vaticanum adiisse in N. praesertim T. comperies, quando scilicet huic melius quam illi coptica versio concinit. Quandoquidem porro in tanta regularum brevitate cum perspicuitate conjuncta nonnulla deesse italico MS. videbantur, quae Auctor ipse docendo voce suppleverit, pauca ex his addita per me sunt (neque enim eadem conditio est legentium ac eorum qui e viva, ut ajunt, Doctoris voce eruditiuntur) in quo quidem ego o grammaticis Woide et Tattam, nec non e Lexicis Amelei Peyron, (in quo quidem Auctor (2) plura praestitit linguae copticae studii incremen-

(1) *Publice denunciatum est, Londini editionem adornari totius V. Testamenti e MSS. Sahidicis atque Copticis. Id si verum est, et multa inde commoda sequentur, et hujus grammaticae editio prodibit absolutior.*

(2) Lexicon linguae copt. Taurini 1835.

to quam ceteri soleant Lexicographi,) atque Tattam (1) aliquid profeci, calculoque suo Rosellinius probavit.

Quod unum de iis quae praefandi occasionem praebuerunt reliquum est, usus nempe atque utilitas compendiariae hujusce grammaticae, sic ego existimo, nullam aliam viam esse tenendam illis qui per Aegyptiacam Sacrae Scripturae versionem linguae hujus ingenium noscere instituunt, ut rationem exinde qua e graeco fonte divina eloquia in aegyptiacum sermonem manarunt probe valeant existimare, judicium quo ferre de pristina conditione Alexandrini textus non in genere modo, verum et juxta varias quae in Aegypto recensiones obtinuerant, quarum quidem luculentissimi testes essent versiones, siquidem plures sint existimandae (2), quae pro dialectorum varietate varias nobis graeci textus lectiones sisterent. Notitia itaque hujusce linguae usque eo necessaria Sacrae Critices studioso erit, ut, quin haec fragmenta copticae versionis consulat, variarum graecarum lectionum justum delectum habere non possit. Experimentum in hoc genere optime cessit Friderico Münter (3) et Aug. A. Georgio (4) quorum specimina facile cuivis ostendunt quantum roboris in recto usu horum fragmentorum sit pro Catholicae Ecclesiae dogmatibus tuendis. Ex dictis denique constat, illos qui animum adjiciunt intelligendis explanandisque vetustissimis Aegyptiorum monumentis copticae grammaticae hujusmodi subsidio omnino carere non posse (5). Utere igitur, benevole lector, nostrosque in communem utilitatem libenti animo impensos labores aequi boniquo fac. Vale.

---

(1) Lex. aegypt. lat. Oxonii 1835.

(2) *Num una eademque sit in tribus dialectis Transl..tio, an multiplex, nondum explorate mihi cognitum est.*

(3) Specimen Versionum Danielis copticarum. *Romae* 1786. *cf. ibi pag.* 15. *not.* (a).

(4) Fragmentum Evangelii S. Johannis graeco-copto-thebaicum saeculi IV. Romae 1789.

(5) *In horum gratiam grammaticae pars altera lucem, tempore, aspiciet, qua plana methodo* Principia universalia de Aegyptiorum scriptura vulgo sacra, prout Copticae linguae plus minusve congruit *tradentur.*

SERIES CAPITUM GRAMMATICAE.

Alphabetum Copticum . . . . . pag. 1
De litterarum divisione 2
CAP. I. Canones generales de radicibus 4
§. I. *De radicibus primariis* 5
§. II. *De radicibus secundariis* 6
§. III. *De radicibus compositis* 8
CAP. II. De nomine 10
§. I. *De nominum natura* . . . . . ib.
§. II. *De nominibus* abstractis 12
§. III. *De nominibus actionis* 13
§. IV. *De nominibus actionis locum innuentibus* . . . . . ib.
§. V. *De genere nominum* 14
§. VI. *De numero nominum* 15
§. VII. *De nominum declinatione* 16
CAP. III. De pronomine 18
§. I. *De pronomine simplici* . . . . . ib.
§. II. *De pronomine derivativo* 20
§. III. *De pronomine composito* 26
Pronomina composita, pro primo casu . . . . . ib.
pro tertio casu 30
pro quarto casu 32
pro sexto casu 33
§. IV. *De pronomine reciproco seu reflexo* 35
CAP. IV. De articulo 37
§. I. *De articulo enunciativo seu indefinitivo* . . . . . ib.
§. II. *De articulo determinante seu definitivo* 38
§. III. *De articulo demonstrativo* 40
Articulus demonstrativus conjunctus . . . . . ib.
Articulus demonstrat. separatus 41
§. IV. *De articulo possessivo* 43
Articuli possessivi vagantes . . . . . ib.
Articuli possessivi orti ab articulis determinantibus . . 44
Articuli possessivi a demonstrativis orti 51
CAP. V. De nomine adjectivo seu qualitatis 53
§. I. *De adjectivis e radicibus primariis* 54
§. II. *De adjectivis e radicibus derivativis* 55

§. III. *De adjectivis e radicibus compositis* . . . . pag. 56
α. Adjectiva intensioris significationis . . . . . ib.
β. Adjectiva privantia 57
γ. Adjectiva constituentia nomina habitudinis, artium, agentium etc . . . . . ib.
δ. Adjectiva relativa seu patronymica 58
§. IV. *De genere et numero nominum qualitatis* 59
CAP. VI. De verbo 60
§. I. *De verbo substantivo primario* . . . . . ib.
§. II. *De verbo substantivo secundario* 65
§. III. *De verbo substantivo composito seu auxiliari* . . . 69
§. IV. *De modis verbi substantivi auxiliaris* 70
§. V. *De compositione temporum formae primariae affirmantis* 71
§. VI. *Tempora composita* 74
α. Tempora modi indicativi . . . . . ib.
β. modi subjunctivi 87
γ. modi hypothetici 89
δ. a primariis minime derivata 93
§. VII. *De forma negante verbi substantivi auxiliaris* . . 102
Particula negans 1. ⲁⲙ . . . . . ib.
2. ⲛ̀ 103
3. ⲧⲙ̀ 104
4. ⲙⲡⲧⲙ̀ *vel* ⲙⲡⲧⲉⲙ 105
5. ⲉⲙⲙⲛ̀ 106
6. ⲛ̀ . . . . ⲁⲙ 107
Tempora formae negandi peculiaria 110
§. VIII. *De forma transitiva seu efficiente verbi substantivi auxiliaris* 113
§. IX. *De forma passivo-impersonali verbi substantivi* . . . 117
§. X. *De particulis verbi substantivi vicem gerentibus* . . . 119
§. XI. *De imperativo; infinitivo et gerundio* 122
APPENDIX De suffixis 125



ELEMENTA

LINGUAE AEGYPTIACAE VULGO COPTICAE.

ALPHABETUM COPTICUM.

Figura		*Nomen*	*Potestas*	*Numeri*	
Ⲁ	ⲁ	Alpha	A	1.	
Ⲃ	ⲃ	Bita	B. V	2.	
Ⲅ	ⲅ	Gamma	G	3.	
Ⲇ	ⲇ	Dalda	D	4.	
Ⲉ	ⲉ	Ei	E	5.	
Ⲋ	ⲋ	So	S	6.	
Ⲍ	ⲍ	Zita	Z	7.	
Ⲏ	ⲏ	Hita	É. I	8.	
Ⲑ	ⲑ	Thita	Th	9.	
Ⲓ	ⲓ	Iauda	I	10.	
Ⲕ	ⲕ	Kappa	K	20.	
Ⲗ	ⲗ	Lauda	L	30.	
Ⲙ	ⲙ	Mi	M	40.	
Ⲛ	ⲛ	Ni	N	50.	
Ⲝ	ⲝ	Xi	X	60	
Ⲟ	ⲟ	O micron	O	70.	
Ⲡ	ⲡ	Pi	P	80.	
Ⲣ	ⲣ	Ro	R	100.	ϥ. 90.
Ⲥ	ⲥ	Sima	S	200.	
Ⲧ	ⲧ	Tau	T	300.	
Ⲩ	ⲩ	Y psilon	U	400.	
Ⲫ	ⲫ	Phi	Ph	500.	
Ⲭ	ⲭ	Chi	Ch	600.	
Ⲱ	ⲱ	O mega	O	700.	
Ⲯ	ⲯ	Schéi	Sc		
Ϥ	ϥ	Fei	F		
Ϧ	ϧ	Chéi	Ch		
Ⲩ	ⲩ	Heri	H		

ⳝ	ⳟ	Giangia	G
ⳋ	ⳍ	Ghima	K Ga
ⳑ	Ⳓ	Dhei	Dh. Ti
ⳓ	Ⳕ	Epsi	Ps

De Litterarum divisione.

1. Vocales sunt ⲁ, ⲉ, ⲏ, ⲓ, ⲟ, ⲱ, et ⲩ eadem aliquando cum ⲟⲩ.

2. Consonae reliquae sunt omnes; quarum aliae densae sunt, aliae lenes. Densae: ϣ, ϫ, ϭ, ⲣ, ⲧ, ⳁ, ⳉ, ϯ, ⲍ. Lenes: ⲑ, ⲗ, ⲙ, ⲛ, ⲥ, ⲫ, ⲭ, ϭ, ⲉ (quatenus consona τῷ ϯ comparata); ⲩ, ⲃ, ⲍ a graecis praeter necessitatem mutuati sunt aegyptii. ϥ nota est numeralis. Duplices sunt ⲝ et ⳁ ut apud graecos. ϯ denique nexus est ⲧ cum aliqua vocali.

3. Quoniam vero aegyptii, praeter XXIV. graecorum litteras, aliis indigebant signis ad omnes eorum linguae sonos efferendos, idcirco ex vetusta scribendi methodo (1) alia adsciverunt, quae a hieroglyphicis per hieraticam formam detorta quomodo fuerint, tabula nostra ob oculos ponit.

Annotatio.

" Exhibita harum sex litterarum ab origine figura, de earundem pro-
„ nunciandarum ratione aliquid subjungendum:

Ⳁ

" Esse ⲥ fortius ad sibilum tenus elatum constat; verum ita nonnun-
„ quam usu moderatur, ut ad ⲭ videatur accedere. Quare nomen men-
„ sis noni aegyptiorum ⲡⲁϣⲱⲙⲉ, et ⲡⲁϫⲱⲙ scribitur, sic in qui-
„ busdam vocibus a graeca lingua profectis litterae ⲭ substituerunt Ⳁ,
„ ex. gr. ⲁⲣϣⲓⲙⲁⲛⲡⲁⲣⲓⲧⲁ. Graeci vicissim aegyptiacis quandoque no-
„ minibus ab hac littera incipientibus suum ⲭ praefecerunt; hinc quem
„ regem deprehendimus apud Herodotum (II, 124.) appellatum χίωψ,
„ non alius profecto est quam qui aegyptiis ϣⲟⲩϥⲱ; id quod defectum
„ argueret hujusmodi vehementioris soni in graeca lingua, nisi et apud
„ Arabes eadem saepe permutatio, saltem in pronunciando, usuveniret.

Ⳉ

„ A potestate litterae ⲫ, ⲫ proxime abest, uti ex eo liquet quod ad-

(1) Conferatur nota subjecta paginae 324. *Etymolog. Aegyptiac.* Ignatii Rossii

Hieroglyphic.	Hieratic.	Coptic.	
		ш	Schei
		ч	Phei
		ϫ	Chei
		ϩ	Hori
		σ	Ghima
		ϫ	Giangia
		ϭ.....	
		ϫ.....	

NAPOLI

„ ductum nomen ⲥⲟⲩⲫⲱ ab Eratosthene (apud Syncellum pag. 102.) „ σαῶφις exprimitur. Idem accidit nomini μέμφις cum aegyptio ⲙⲉⲙⲫⲓ- „ ⲛⲟⲩⲧ apertissime conferendo. Illud porro discriminis est inter utram- „ que litteram ϕ, et ⲫ: ϕ et cum adspiratione et sine ea usurpari, „ ut patet in articulo ϕⲁⲓ et ⲡⲁⲓ, nec non in proprio nomine ⲡⲧⲁϩ „ (Zoega Codd. Borg. p. 458.) cum φθὰ comparato, ⲫ vero nunquam „ ex vi sua in quacumque dialecto vel compositione remittere, nisi „ quando cum ϐ permutanda sit.

ϧ

„ Pro qua Thebanis est ϩ. Respondet κ et χ graecorum: ex. gr. ⲡⲓ- „ ϧⲉⲗⲏⲩⲧⲣⲓ redduntur Καλασίριες (Herodot. II, 164.) sic fortasse ϧⲁ- „ ⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲧⲉ contulerit quis cum χοιροχρύλλιος.

ϩ

„ Spiritum asperum, quem vocant, supplet. Id coptica nomina evin- „ cunt e graeco non modo, verum et ab aliis linguis profecta. Ex gr. „ ϩⲧⲥⲱⲡⲟⲩ ὕσσωπος, ϩⲣⲁⲃⲃⲓ ῥαββὶ. Offendimus praeterea in vete- „ re scribendi methodo ϩⲣⲱⲙⲏ *Roma*; ⲡϩⲉⲓⲗⲉⲓⲡⲟⲥ *Philippus*, „ ϩⲧⲣⲓⲧⲉ *Hadrianus*, al.

ϭ

„ Gutturali sono communius gaudet; Graeci namque per κ et χ ean- „ dem litteram efferre solent in nominibus propriis aegyptiorum. Ex. gr. „ Νίτωκρις (Herodot. II, 100.) est Ⲛⲏⲧ ϭⲣⲟ *Minerva victrix*, inter- „ prete Eratosthene (catal. num. XXII.) Ἀθηνᾶ νικηφόρος. Vicissim in- „ terpres thebanus loci Act. 13, 21. Κὶς quod est a שׁוּל 1. Reg. 9, 1. „ reddidit ϭⲓⲥ.

ϫ

„ Blaesa litera simul atque vehemens dentalibus partim accensenda, „ partim palatalibus (et sibilantibus nonnihil), fere ut *dtg*. Diversimode „ itaque aliis in linguis elata fuit; in graeca quidem nunc per γδ, ut „ ψάγδις (Athen. XV, 12.) *unguentum aegyptium* ⲡⲥⲟϫⲉⲛ (in N.T. „ et alibi passim) Nunc vero per Σ, et ⲥ, prout invenimus nomen



„ ⲍⲉⲙⲙⲟⲧϯ *σιμινούθι* usurpatum (apud s. Theophilum ep. ad Au-
„ tolic.) atque *σιβιννύτης* سمنود . Alias graecum K , et ج arabicum
„ cum hac littera coptice commutatum fuit , ex. gr. a *κάμηλος* et
„ الجمل ⲍⲁⲙⲟⲩⲗ. Communius tamen huic respondent γ , et T., צין
„ namque (Ps. 78 , no. 77 , 12. 43.) graec. *Τάνις* , aegyptiis est ⲍⲁ-
„ ⲛⲓ , sive ⲍⲁⲓⲏ (conf. *i monumenti dell' Egitto , e della Nubia* etc.
„ vol. II. *partis primae* pag. 66. 67. vol. III. *secundae partis* pag.
„ 193 , not. 3. , et 489 , not. 3. , Iem Zoega de O. et U. Obel. pag.
„ 454 , not. 53.) „ .

4. Pro dialectorum varietate litterae nonnullae permutantur hoc pacto:

ϧ · ⲕ · ⲙ · ⲛ · ⲣ · ⲧ · ⲱ · ⲯ · ⳉ · ⳋ · ⳍ ·
ⲡ · ⲩ · ⲫ · ⲫ · ⲗ · ⲑ · ⲟ · ⲥ · ϩ · ⲍ · ⲋ ·
ⲭ · ⲋ ·

CAPUT I.

CANONES GENERALES DE RADICIBUS.

I. Aegyptiaca lingua monosyllaba est suapte natura quod ad voces suas ab origine consideratas. Haec regula nulla exceptione iufirmatur, ita nt pro derivatis, aut compositis illae voces habendae sint, quae *polysyllabae* deprehenduntur.

II. *Primariae* voces pro veris *radicibus* sunt habendae, e quibus certa constantique methodo *derivatae* atque *compositae* voces coalescunt.

III. Nonnullae voces licet a *primariis derivatae*, respectu tamen aliarum vocum, quas gignunt, evadunt et ipsae *primariae*; has proinde *secundarias radices* appellamus.

IV. E duabus pluribusve radicibus primariis vel secundariis *compositae* voces oriuntur.

V. Voces denique e radicibus secundariis derivatas *radices compositas* dicimus.

Ex gr. ⲟⲧⲱ *germen*, *vox* est origo seu radix rimaria; hinc

derivantur (ⲟⲧⲉⲧ *recens*, *viridis*, *crudus.* ; ⲟⲧⲱⲧ idem. ; ⲟⲧⲱⲧⲱ *responsum*, *nunciatio.*) *radices secundariae*; hinc rursus

derivantur (ⲧⲁⲟⲩⲟ *oriri, nasci.* ; ⲍⲓⲡⲟⲩⲱ *nunciare.* ; ⲉⲣⲟⲩⲱ *respondere, loqui.*) *radices compositae.*

VI. Tum a secundariis tum a compositis radicibus ulterius progrediendo existunt voces *derivatae* vocesque *compositae*, quarum si perfecte instituatur analysis, unaquaeque earum in radices primarias monosyllabas duas vel plures resolvitur.

VII. Cum uniuscujusque vocis aut radicis notatio sit vel *res* absolute, vel *rei accidens* sive *proprietas*, sequitur, aegyptiacas voces in universum aut *substantivi*, aut *adjectivi* rationem habere.

De radicibus primariis

§ I.

Radices primariae octo in classes commode partiuntur, nempe:

1. Voces quae una tantum vocali aut diptongo constant, v. gr. ⲁ Thebana in dialecto, ⲁⲓ Memphitica, ⲉⲓ Baschmurica *faciens* ⲉⲓ Theb., ⲓ Memph. et Basch. *vadens.*

Annotatio.

„ Tres omnino sunt aegyptiacae linguae dialecti, *Thebana* quae et Sa„ hidicae nomen obtinet, *Memphitica* et *Baschmurica*, atque haec po„ strema terminos magis definitos habet. Prima et altera superioris et in„ ferioris aegypti linguae fuerant olim, tertia plagam occupaverat quae „ ad orientem septemtrionemque vergit. Ad invicem porro distinguuntur „ a vocalibus correptis aut productis, nonnunquam etiam abjectis, aut „ respective duplicatis; item consonis litteris invicem permutatis ad ra„ tionem supra pag. 4. expositam; id quod exemplis deinceps afferren„ dis melius patebit, in quibus dialectorum diversitatem sigla T. M. B. „ indicabunt „.

2. Voces quarum praepositiva est vocalis aut diphtongus pospositiva autem consona, ex gr. ⲉⲣ M., ⲣ T., ⲉⲗ B. *faciens*; ⲉⲡ T. *ducens*; ⲟⲧⲱⲣ T., ⲟⲧⲁⲣ B. *manducans.*

3. Praepositiva consona, postpositiva vocalis aut diphtongus, ex gr. ϥⲓ M., ⲃⲓ B. *ferens, portans.* ⲥⲱ M., ⲥⲁⲁ B. *bibens*; ⲧⲟⲓ T. *dans.*

4. Vocalis aut diphtongus sequentibus binis consonis, ex gr. ⲏⲣⲡ M., ⲏⲗⲡ B. *vinum*; ⲱⲃϣ T. *obliviscens*; ⲱⲛϩ M. ⲁⲛϩ B. *vivens.*

5. Binae consonae sequente vocali aut diphtongo, ex gr. ⲥⲣⲟⲟⲩ T. *vox* ⲭⲛⲟ T., ⲭⲡⲁ B. *gignens*; ⲥⲁⲇⲁⲓ M. ⲥⲉⲉⲓ B. *scribens*. Paucae admodum numero sunt radices hujusce classis.

6. Vocalis aut diphtongus inter duas consonas, ex gr. ⲡⲱⲩ T., ⲡⲁⲩ B. *dividens*, *extendens*; ⲃⲁⲗ T., ⲃⲉⲗ B. *oculus*. Classis haec omnium est uberrima.

7. Consona et vocalis sive diphtongus, aliis duabus consonis sequentibus, ex gr. ⲩⲱⲗⲕ T. *nectens*, *implicans*; ⲗⲱⲃⲩ T., ⲗⲁⲃⲩ B. *urens*, *ardens*. Radices hujus classis caute distinguendae sunt a vocibus plerisque speciem quidem septimae classis referentibus, sed quae tamen secundariae sunt, atque a sexta classe originem agnoscunt, ut ex. gr. ⲥⲱⲩⲥ *pudor*, *confusus*, et ⲥⲱⲩϥ *deprimens* a ⲥⲱⲩ *irridens*, *subsannans* voces derivatae.

8. Tres consonae, vocali aut diphtongo post duas priores interposito, ex gr. ⲩⲕⲁⲕ T. *clamor*; ⲩⲗⲁϥ B. *opprobrium*; ⲥⲙⲟⲟⲥ T. *sedens*; ⲭⲣⲙ T. B. *desertum*. Haud omnes hujusce formae voces huic classi accensendae sunt, etsi prima fronte ad eandem pertinere videantur; non paucae siquidem a sexta profluunt, prout ⲩⲧⲁⲙ *sternutans* quod est a ⲧⲱⲙ *rejiciens*.

De radicibus secundariis.

§ II.

1. Dantur radices *monosyllabae* licet non primariae; cum enim ab istis profluant, censendae sunt *secundariae*. Porro id sic fere accidit. Primariae radices sensu gaudent activo, notant siquidem alicujus agentis actum in specie vel conditionem: quod si in hujusmodi vocibus ⲓ substituatur vocali ⲱ, sensus evadit passivus, et radix ipsa fit *secundaria* ex. gr.

ⲃⲱⲩ *exspolians*	ⲃⲓⲩ *exspoliatus*, *nudus*.
ⲧⲱⲩ *statuens*, *constituens* .	ⲧⲏⲩ *statutus*, *constitutus*.
ⲩⲱⲩ *adaequans*	ⲩⲏⲩ *adaequatus*.
ⲧⲱⲧ *persuadens*	ⲧⲏⲧ *persuasus*.

2. Radices primariae prae ⲱ habentes ⲁ vel ⲉ has in ⲏ pariter mutant ut fiant passivae, ex. gr.

ⲟⲩⲁⲁ *purus*, *sanctificans* · ⲟⲩⲏⲁ *sanctificatus*, inde *sacerdos*.
ⲡⲉϩ *excutiens* . . . . . ⲡⲡϩ *excussus*.

3. Interdum augetur significatio radicis primariae per accessionem litterarum ⲥ, ⲧ, ⲫ, ⲱ, ita ut radix ipsa evadat *monosyllabica secundaria* ex. gr.

ⲧⲱⲗⲗ *claudens* . . . . . ⲧⲱⲗⲗⲥ *sepeliens*.
ⲗⲱⲭ *uniens*, *adjungens* . . ⲗⲱⲭⲧ *se adjungens*.
ⲫⲱϣⲫ *irridens* . . . . . ⲫⲱϣⲫϥ *deprimens*.
ⲫⲟⲧ *convenit*, *decet* . . . ⲫⲫⲉ *necesse est*.

4. Vocalem quoque suam primariae radices mutant aliquando, atque alteram, ad normam dialectorum, in fine adsciscunt; fiuntque dissyllabae, quin sensus tamen augeatur, ex. gr.

ⲣⲕ T.) ⲣⲓⲕⲉ T.)
ⲣⲉⲕ M.) *inclinans* . . . (ⲣⲓⲕⲓ M.) *inclinans.*
ⲗⲉⲕ B.) (ⲗⲓⲕⲉ et ⲗⲓⲕⲓ B.)
ⲉⲙ *ducens* . . . . . ⲉⲓⲙⲉ (ⲙⲓ M.) *ducens*.
ⲉⲣ T.) ⲉⲓⲣⲉ T.)
ⲉⲣ M.) *faciens* . . . . (ⲓⲣⲓ M.) *faciens.*
ⲉⲗ B.) (ⲉⲓⲗⲓ B.)

5. Dialectus Thebana interdum vocalem inter utramque consonam euphoniae causa interserit, ex. gr.

ⲱⲙϩ *vivens* . . . . . ⲱⲙⲉϩ *vivens*.
ⲧⲱⲃϩ *orans* . . . . . ⲧⲱⲃⲉϩ *orans*.

6. Nonnunquam *secundariae* radices habentur a primariis, aucta voce a syllaba finali ⲉⲁ, quo casu sensus evadit intensivus, ex. gr.

ⲱⲗ *levans* . . . . . (ⲱⲗⲉⲁ T.) *erigens.*
(ⲱⲗⲉⲁⲁ M.)
ⲥⲱⲣ *diffusus* . . . . . (ⲥⲱⲣⲉⲁ T.) *errans.*
(ⲥⲱⲣⲉⲁⲁ M.)

7. Alias, primariae radices fiunt dissyllabae et *secundariae* ob sui reduplicationem, ex. gr.

ϩ T.) (ϩⲓϩⲉⲓ T.)
ϩⲓ M.) *faciens* . . . . . (ϩⲓϩⲓ M.) *augens.*
ⲉⲓ B.) (ⲉⲓⲉⲓ B.)
ϧⲱⲣ *repellens* . . . . . ϧⲟⲣϧⲣ vel ϧⲉⲣϧⲱⲣ *rejiciens*.

ⲥⲓⲧ *praeteriens* . . . . . ⲥⲟⲙⲥⲓⲧ vel ⲥⲁⲛⲥⲱⲛⲧ *transiens.*

Ubi adverte, priorem consonam alterius partis reduplicationis euphoniae causa interdum amitti; atque fieri vocalis metathesin, ex. gr.

ⲉⲱⲣϫ *superpono* . . ⲉⲣⲟϫⲣⲉϫ pro ⲉⲣⲟϫⲉⲣⲉϫ *fricans ad expoliendum.*
ⲥⲱⲣⲉⲗⲗ *perdens* . . ⲥⲣⲉⲗⲗⲣⲱⲗⲗ pro ⲥⲣⲉⲗⲗⲥⲣⲱⲗⲗ *negligens.*

De radicibus compositis.

§. III.

1. E duabus pluribusque primariis sive secundariis radicibus una simul junctis radices *compositae* constituuntur, quae una, duabus et pluribus quoque syllabis constare possunt.

2. *Compositae monosyllabae* plerumque fiunt accedente primaria radice ⲧ, ⲧⲉⲓ (per compendium ⲧ) *dans* aliis radicibus. Quo pacto radix illa primaria evadit composita, atque sensu *transitivo* afficitur ex. gr.

ⲟⲩⲉ T. / ⲟⲩⲉⲓ M. spatium . . . ⲧⲟⲩⲉ T. / ⲧⲟⲩⲉⲓ M. (dans spatium) *amovens.*

ⲥⲱ *bibens* . . . . . ⲧⲥⲱ (dans bibere) *irrigans.*
ⲱⲗⲕ *portans* . . . . . ⲧⲟⲗⲕ (dans ad ferendum) *suspendens.*

3. Praestat hinc diligenter advertere, non paucas adesse radices, quae licet primariae ex earundem forma videantur, quum tamen e duabus primariis in unam coaluerint syllabam, vere sunt radices *compositae monosyllabae*, ut ⲡⲱⲧ *germinans, producens* est ab ⲉⲣ *faciens* et ⲟⲩⲱⲧ *novus, recens* per contractionem, et aphaeresin.

4. *Dissyllabae* e contrario ulla absque contractione e duabus radicibus primariis una consociatis existunt, ex. gr.

ⲍⲉⲓⲟⲩϩ. *execrans* (blasphemans) a ⲍⲱ *dicens*, et ⲟⲩϩ. *execratio* (blasphemia).
ⲍⲛⲉⲍⲱ *submittens* . . . . . a ⲍⲛⲉ *inclinans*, et ⲍⲱ *caput.*
ⲙⲉϩϩⲏⲧ *satisfaciens* . . . . a ⲙⲉϩ *implens*, et ϩⲏⲧ *cor.*
ⲥⲱⲣⲣϩⲧ *dormiens* . . . . a ⲥⲱⲣ *extendens*, et ⲣϩⲧ *pes.*

5. Hujusmodi *compositis dissyllabis* efformandis inserviunt prae aliis sequentes primariae radices: ⲉⲣ *faciens*; ϯ *dans*; ⲍⲓ vel ϭⲓ *capiens*; ϩⲓ *jacens*; ⲕⲱ vel ⲭⲱ *ponens*, quae saepius initio, in fine rarius, ad-

veniunt aliis primariis radicibus aut secundariis, prout exempla demonstrant:

(ⲣ) ⲣⲡⲁⲁⲉ T. / ⲉⲣⲫⲁⲁⲉ M. / ⲉⲗⲡⲁⲁⲉ B. *succedens* (ital. *rimpiazzare*) . . ab ⲣ *faciens*, et ⲡⲁⲁⲉ *locus, gradus.*

ⲣⲉⲥ T. / ⲉⲣⲉⲥ M. / ⲉⲗⲥⲥ B. *senescens* . . ab ⲣ . . . . et ⲉⲥ *antiquus.*

Nonnunquam ⲉⲣ apparet sub forma ⲣⲓ, quod est per aphaer. ab ⲓⲣⲓ (1) v. g.

ⲣⲓⲁⲉ T. / ⲣⲓⲁⲓ M. / ⲗⲓⲁⲓ B. *plorans* . . . ab ⲣ *faciens*, et ⲁⲟⲟⲩ T. / ⲁⲱⲟⲩ M. / ⲁⲉⲩ B. *aqua.*

(ϯ) ϯⲥⲉ *ebrius* . . . . . a ϯ *dans* . . et ⲥⲉ *labens.*
ϯⲥⲏⲧ *observans* . . . . . a ϯ . . . et ⲥⲏⲧ *cor.*
ⲧⲁⲟⲩⲉ *segregans* . . . . a ϯ (2). . . et ⲟⲩⲉ *distantia.*
ⲧⲉϫⲣⲟ *roborans* . . . . a ϯ . . . et ⲍⲱⲣ *robur.*
ⲧⲉⲛⲥⲱ *vivificans* . . . . a ϯ . . . et ⲱⲛⲥ *vita.*
ⲧⲉⲥⲧⲟ *respuens* . . . . . a ϯ . . . et ⲥⲉⲧ *rejiciens.*
ⲧⲥⲉⲃⲟ *docens* . . . . . a ϯ . . . et ⲥⲃⲱ *scientia.*
ⲙⲉⲩϯ *valde producens* . . a ⲙⲛⲩ *multitudo*, et ϯ *dans.*

(ⲍⲓ) ⲍⲓⲱⲱⲙ *participans* . . . a ⲍⲓ *capiens*, et ⲱⲱⲙ *portio.*
ⲍⲓⲛⲉⲙ *consors* . . . . a ⲍⲓ . . . et ⲛⲉⲙ *cum.*
ⲥⲉⲛⲍⲓ *condemnans* . . . a ⲥⲉⲛ *judicium*, et ⲍⲓ *capiens.*

(ⲥⲓ) ⲥⲓⲛⲥⲟ T. / ⲥⲓⲫⲥⲟ M. / ⲥⲓⲛⲥⲉ B. *respiciens* . . . a ⲥⲓ *faciens*, et ⲛⲥⲟ T. / ⲫⲥⲟ M. / ⲛⲥⲉ B. *vultus.*

ⲥⲓⲗⲉ T. / ⲥⲓⲗⲁⲥ M. / ⲥⲓⲗⲉⲥ B. *calumnians* . . . a ⲥⲓ . . et ⲗⲉ T. / ⲗⲁⲥ M. / ⲗⲉⲥ B. *os, oris.*

(ⲕⲱ) vel (ϫⲱ) ⲕⲁⲣⲱ T. / ϫⲁⲣⲱ M. / ⲕⲁⲗⲱ B. *silens* . . a ⲕⲱ vel ϫⲱ *ponens*, et ⲣⲱ T.M. / ⲗⲱ B. *lingua.*

6. *Polysyllabae* radices *compositae* a pluribus radicibus oriuntur, ex. gr.

ϯⲧⲱⲣⲥⲏⲧ *animum addens* . . a ϯ *dans*, ⲧⲱⲣ *favilla*, et ⲥⲏⲧ *cor.*

(1) Vide superius paragraph. II. num 5. (2) Supr. num. 2.

ερϱϩρψϱπτ *patientiam sumens* . . ab ερ *faciens*, ϱϩρψ *remorans*, et ϱπτ *cor*.

ερϩτψϩτ *inutile esse* . . ab ερ *faciens*, ϩτ *sine*, et ψϩτ *utilitas*.

7. Quaecumque denique radix sive simplex, sive derivata, sive composita, nonnullis praepositionibus aucta, fit *polysyllaba*, id quod inferius patebit.

CAPUT II.

DE NOMINE.

1. *Nominis* notatione in praesens voces illas comprehendimus, quibus res absolute existentes denotandi vis est, *substantiva* videlicet nomina sive propria illa sint, sive *appellativa*, sive etiam *abstracta* quae vocant; namque de vocibus accidentia sive rerum proprietates tantum indicantibus (1) seorsim agendum.

2. Quadrifarie nomina sunt consideranda; et primo quod ad ipsorum *naturam*; deinde quod ad *genus*; tertio quod ad *numerum*; quod ad varios tandem respectus ad ceteras orationis voces seu partes.

De nominum natura.

§ I.

1. Juxta canones de radicibus superius traditos (2), nomina quoque dispertienda sunt in *primaria*, *derivativa*, atque *composita*.

2. Quae a nulla alia *radicali* voce profluunt, sed ipsa per se veluti origines sunt atque primariae radices, ea *nomina primaria* dicuntur; hujusmodi sunt:

ⲁⲟⲟⲩ	T.	ⲁⲱⲟⲩ	M.	ⲁϩⲧ	B.	*aqua.*
ρⲱ	T.	ρⲱ	M.	ϩⲱ	B.	*os, oris.*
ρϩⲧ	T.	ρϩⲧ	M.	ϩⲉⲧ	B.	*pes.*
ρϩ	T.	ρϩ	M.	ρⲉ	B.	*sol.*
ⲱϩ, ⲟⲟϩ	T.	ⲓⲟϩ	M.	ⲓϩϩ	B.	*luna.*

Annotatio.

„ Animadvertendum est simplices radices plerasque utramque in se ra-

(1) Cf. Cap. I. can. VII. supr. (2) Canon. praesertim II.

„ tionem habere nominis scilicet substantivi, et adjectivi, prout et rem „ notant, et alicujus subjecti qualitatem, ex gr. ⲱⲃⲩ *oblivio* perinde „ significat ac *obliviscens*; ⲍⲟ *semen*, et *qui seminat*; ⲍⲛⲟ *generatio* „ atque *genitor*; ⲱⲣⲥ *messis* et *messor*. Ceterum quando vere nomen „ sit, sive substantivum adpositus articulus docet „.

3. *Derivativa* nomina aliquando monosyllaba manent, quandoque vero fiunt dissyllaba. In priori casu

aut vocalem tantum mutant: ⲧⲟⲓⲓ *murus* . . . a ⲧⲱⲓⲓ *claudens*.
ⲡⲁⲱⲩ *rete* . . . . a ⲡⲱⲩ *extendens*.
ⲥⲟⲛⲧ *creatio* . . a ⲥⲱⲛⲧ *creans*.

aut unam ex lit. ⲧ, ⲥ, ⲫ adsciscunt ulterius: ⲫⲟⲛⲧ *doctor* . . a ⲫⲱⲛ *instituens*.
ⲟⲧⲟⲗⲗⲫ *praesepe* . . ab ⲟⲧⲱⲓⲓ *manducans*.
ⲃⲟⲣⲃⲥ *insidiae* . . a ⲃⲱⲣⲃ *venator*.

4. In altero casu augentur lit. ⲥ vel ⲫ, simulque vocalem mutant o longa plerumque in brevem, ex. gr.

ⲫⲱⲧⲃ *occidens* . . . . . ⲫⲟⲧⲃⲉⲥ *caedes*.
ⲙⲱⲧⲛ̀ *facile reddens* . . . . ⲙⲟⲧⲛⲉⲥ *facilitas*.
ⲥⲟⲧⲟⲉⲛ *dirigens* . . . . . ⲥⲟⲟⲛⲉⲫ *telum*.

5. Nonnunquam ita derivantur nomina, ut vocalem primitivi mutent vel in diphtongum, assumantque aliam in fine vocalem, ⲉ videlicet Thebaice, et ⲓ Memphitice, ex gr.

ⲙⲱⲣ *cingens* . . . . . ⲙⲁⲓⲣⲉ *fasces* (ital. *fascio*).
ⲕⲱⲡ *abscondens* . . . . . ⲕⲏⲡⲉ *latibulum*.
ⲧⲱⲡ *deglutiens* . . . . . ⲧⲉⲡⲉ *sapor*, *gustus*.
ⲙⲉⲥ *gignens* . . . . . ⲙⲁⲥⲓ *pullus*.

6. *Composita* nomina e primariis derivatisque nominibus coalescunt, ex. gr.

ⲕⲁⲣⲟ *mentum* . . . . . a ⲕⲁⲥ *os*, *ossis*, et ⲣⲟ *os*, *oris*.
ⲃⲁⲗⲫⲏⲧ *ingenuus*, *apertus* . . a ⲃⲁⲗ *oculus*, et ⲫⲏⲧ *cor*.
ⲗⲁⲫⲏⲧ *gulosus* . . . . . a ⲗⲁ *lingua*, et ⲫⲏⲧ idem.

7. Quaedam voces propter hujusmodi unionem mutationibus obnoxiae fiunt, sic ⲙⲟⲟⲩ T. ⲙⲱⲟⲩ M. *aqua* in compositione effertur ⲙⲟⲩ; ⲧⲏⲩ T. ⲟⲩⲟⲩ M. *ventus* ⲧⲟⲩ; ⲙⲟⲟⲛⲉ T. ⲙⲟⲛⲓ M. *pastor* evadit ⲙⲁⲛ vel ⲙⲁⲛⲉ, ex. gr.

ⲙⲟⲩⲃⲉⲣⲧ *aqua rosacea* . . . . a ⲙⲟⲟⲩ, et ⲃⲉⲣⲧ *rosa*.

ⲧⲟⲧⲙⲓⲏⲧ *ventus occidentalis* · · a ⲧⲡⲧ, et ⲉⲙⲓⲏⲧ *occidens*.
ⲙⲁⲛⲉⲥⲟⲟⲩ *pastor ovium* · · · a ⲙⲟⲟⲩⲉ, et ⲉⲥⲟⲟⲩ *ovis*.

8. Nominibus compositis accensenda sunt, primo; quae vulgo dicuntur nomina *abstracta*; secundo, nomina *actionis*; tertio nomina *loci* et *temporis actionis*. Legibus adeo certis constantibusque eorumdem compositio in unaquaque specie subjacet, ut vel ex hoc aegyptiacae linguae praestantia maxime eluceat, et vetustioribus linguis eadem comparata iis antecellere videatur.

De nominibus abstractis.

§. II.

1. Voces denotantes *qualitates* praecisas a subjecto cujus ad instar attributorum sunt, usurpatasque in oratione tanquam entia realia, *nomina abstracta* appellamus.

2. Nomina hujusmodi ab adjectivis proficiscuntur.

3. Praepositionis monosyllabae ⲙⲓⲏⲧ T., ⲙⲉⲧ M., cujus vis esse videtur attributum vel qualitatem notare, praecipuum officium est in constituendis nominibus abstractis, ex. gr.

ⲙⲓⲏⲧⲃⲱϣ T. *debilitas* (attributum scilic. hominis debilis) · · a ⲃⲱϣ *debilis*.
ⲙⲓⲏⲧϩⲏⲕⲉ T. *paupertas* · · · · · · a ϩⲏⲕⲉ *pauper*.
ⲙⲉⲧϫⲁϥ M. *frigedo* · · · · · · · a ϫⲁϥ *frigus*.
ⲙⲉⲧⲙⲁⲓ M. *amor* · · · · · · · · a ⲙⲁⲓ *amans*.
ⲙⲉⲧⲥⲁⲓⲉ M. *pulchritudo* · · · · · · a ⲥⲁⲓⲉ *pulcher*.
ⲙⲉⲧⲡⲁϣⲧⲓⲙⲁϩ *obstinatio* · · a ⲡⲁϣⲧ *durus*, et ⲙⲁϩ *cervix*.
ⲙⲓⲏⲧⲙⲁⲓϩⲟⲩⲧ *avaritia* · · · a ⲙⲁ· *amans*, et ϩⲟⲩⲧ *argentum*.
ⲙⲓⲏⲧⲣⲉϥϩⲉⲧϧⲩⲡⲣⲉϥⲙⲓ *occisio infantium* · · a ⲣⲉϥ *possessor* (*faciens*), ϩⲧⲉϧ *occisio*, ϣⲩⲣⲉ *filius*, et ϣⲙⲓ *parvus*.
ⲙⲉⲧⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ *philanthropia* · · a ⲙⲁⲓ *amans*, et ⲣⲱⲙⲓ *homo*.
ⲙⲉⲧⲣⲉϥⲉⲣϩⲉϧⲛⲟⲩϥⲓ *beneficentia* · · a ⲣⲉϥ *possessor*, ⲉⲣ *faciendi*, ϩⲉϧ *opera*, et ⲛⲟⲩϥⲓ *bona*.
ⲙⲓⲏⲧⲁⲧⲧⲱⲧⲓϩⲏⲧ *contumacia* · · ab ⲁⲧ *sine*, ⲧⲱⲧ *temperantia* (persuasio), et ⲓϩⲏⲧ *cordis*.

ⲙⲉⲧⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ *incredulitas* . . . ab ⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ *non intelligens, non audiens.*

De nominibus actionis.

§. III.

1. *Actionis* nomina in hoc conveniunt cum *abstractis*, quod et ipsa a subjecto et ab adjunctis temporis abstrahant, verum nonnihil ab illis differunt quod rem denotent in actu esse.

2. Radix affecta notione accidentis sive qualitatis evadit nomen actionis assumpta ab initio particula monosyllaba ⲃⲓⲙ T., vel ⲍⲓⲙ M. *actionis* praesentiam fere denotante, quaeque nunquam occurrit a voce sejuncta, ex. gr.

ⲃⲓⲙϩⲱⲙ (actio imperantis) *imperium* . . a ϩⲱⲙ *jubens.*
ⲃⲓⲙⲥⲱⲙⲉ (actio capientis) *captura* . . a ⲥⲱⲙⲉ *capiens.*
ⲃⲓⲙⲛⲁⲩ (actio videntis) *visio* . . . . a ⲛⲁⲩ *videns.*
ⲍⲓⲙⲙⲟⲩⲓ (actio ambulantis) *iter* . . . a ⲙⲟⲩⲓ *ambulans.*
ⲍⲓⲙⲥⲙⲟⲩ (actio benedicentis) *benedictio* . a ⲥⲙⲟⲩ *benedicens.*

In Thebana dialecto ⲃⲓⲙ pro ⲃⲓⲙ scribitur sequente alia ⲙ (euphonice) ut ⲃⲓⲙⲙⲙⲁⲩⲉ *bellum* a ⲙⲙⲁⲩⲉ *proelians.*

3. Nomina *actionis* formantur quoque mediante ⲣⲁ *actio* (ab ⲣ *facere* e. g.

ⲣⲁⲱⲩ *exclamatio* . . . . . ab ⲱⲩ *exclamans.*
ⲣⲁⲱⲥϩ *messis* . . . . . ab ⲱⲥϩ *messor.*

Forma hujusmodi in dialecto thebana praecipue obtinet.

De nominibus actionis locum innuentibus.

§. IV.

1. Per nomen *primarium* ⲙⲁ *locus* sequente nota secundi casus, nempe praepositione ⲛ, constituuntur *nomina loci et temporis actionis*, ex. gr.

ⲙⲁⲛⲥⲱ (locus potationis) *caupona.*
ⲙⲁⲛⲙⲟⲩⲛ (locus pastoris) *pascuum.*
ⲙⲁⲛⲱⲟⲩⲛ (locus incolae) *habitatio.*
ⲙⲁⲛⲧⲣⲁⲛ (locus judicantis) *tribunal.*
ⲙⲁⲛⲱⲩⲛ (locus arboris) *silva.*

ⲙⲁⲣⲁⲛⲁⲗⲓ (locus uvae) *vinea.*
ⲙⲁⲣⲁⲩⲱⲟⲩⲱⲓ (locus sacrificii) *altare.*

2. Istiusmodi voce ⲙⲁ non variata ad haec nomina efformanda unaquaeque ex tribus dialectis utitur.

De genere nominum.

§. V.

1. Masculinum et femininum genus tantum in nominibus agnoscit lingua aegyptiaca.

2. Cognitio generis cujusque nominis ab usu pendet; verum quomodo ab uno genere in aliud aliqua nomina moveantur paucis habe:

3. Quatuor modis nomen e masculino transit in genus femininum. I. Per formae mutationem; II. Variato nomine in fine; III. Mutata forma simul et variato nomine in fine; IV. Per adpositionem articuli.

I. Forma immutatur per solam vocalium mutationem, ex. gr.

ϣⲏⲣⲉ T. / ϣⲏⲣⲓ M. *filius* . . . . . ϣⲉⲣⲉ T. / ϣⲉⲣⲓ M. *filia.*

II. Dupliciter nomina in fine variantur:

α. Si nomen masculinum vocali brevi terminetur, ut in femininum transeat, haec producitur; ex. gr.

ϩⲗⲗⲟ T. / ϫⲉⲗⲗⲟ M. *senex* . . . . . ϩⲗⲗⲱ T. / ϫⲉⲗⲗⲱ M. *anus.*

ⲃⲗⲗⲉ T. *caecus* . . . . . ⲃⲗⲗⲏ T. *caeca.*

ⲟⲩⲣⲟ *rex* . . . . . ⲟⲩⲣⲱ *regina.*

β. Nomen masculinum consona terminatum transit in femin. assumpto ⲉ in fine juxta theb. dialectum, et ⲓ juxta memphiticam, ex. gr.

ϣⲱⲙ T. *socer* . . . . . ϣⲱⲙⲉ *socrus.*
ϩⲓⲛⲃ M. *agnus* . . . . . ϩⲓⲛⲃⲓ *agna.*

III. Variatis forma simul et terminatione nominis, variatur genus, sed hoc rarius, ex. gr.

ⲥⲟⲛ *frater* . . . . . ⲥⲱⲛⲉ *soror.*
ϩⲓⲉⲓⲃ T. *agnus* . . . . . ϩⲓϫⲉⲓⲃⲉ *agna.*

IV. Tres recensiti modi minus frequenter occurrunt; communius genus dignoscitur ope articuli ⲡ vel ⲡⲓ T., ⲫ vel ⲫⲓ M. qui masculino; et ⲧ

T., ⊖ M., atque † qui feminino inserviunt : de his autem post pronomina agendum erit.

4. Deficiente articulo, sexus non semel exprimitur per verba :

ϱοοττ T. *masculus* . . . . . cϱιιιε *femina*.
ϱωοττ M. idem . . . . cϱιιιι idem.

Namque ⲁⲗⲟⲧ ex. gr. generatim est *infans*, sed ⲁⲗⲟⲧ ϱοοττ *infans masculus*, ⲁⲗⲟⲧ cϱιιιε *infans femina*.

De numero nominum.

§. VI.

1. Numeri in nominibus duo tantum sunt *singularis* et *pluralis*, et hi plerumque ab articulis indicantur, ut suo loco explicaturi sumus. Pluralis inducit nonnunquam nominibus mutationes, violentas enim vero, quae ad pluralitatem indicandam per se sufficiunt.

2. Harum autem vicissitudinum quum nulla forte regula assignari possit, consultius ducimus, rei illustrandae causa, tabulam hic subjungere formarum magis irregularium:

ⲁⲃⲱⲕ *corvus* . . ⲁⲃⲱⲕⲉ *corvi*.	ⲉⲣⲙⲓ *lacryma* (ⲉⲣⲙⲉⲓⲟⲟⲧⲉ T.) *lacryma* (ⲉⲣⲙⲱⲟⲧⲓ M.) *mae*.
ⲗⲟⲟⲧ *torquis* . . ⲗⲟⲟⲧⲉ *torques*.	
ⲁⲫⲱⲫ *gigas* . . ⲁⲫⲱⲫⲓ *gigantes*.	
ⲙⲁ *locus* . . . . ⲙⲁⲓ *loci*.	ⲡⲟⲧ *hora* . (ⲡⲟⲟⲧⲉ T.) (ⲡⲱⲟⲓ M.) *horae*.
ⲁⲅⲉⲗⲗⲟ *senex* . . ⲁⲅⲉⲗⲗⲟⲓ *senes*.	
	cⲃⲱ *doctrina* . cⲃⲱⲟⲧⲓ *doctrinae*.
	ⲁⲗⲟⲧ *infans* . . ⲁⲗⲱⲟⲧⲓ *infantes*.
ⲡⲉ T. *caelum* . . ⲡⲏⲧⲉ *caeli*.	
ⲫⲉ M. *caelum* . . ⲫⲏⲟⲧⲓ *caeli*.	ⲓⲉⲣⲟ T.) ⲓⲁⲣⲟ M.) *flumen* (ⲓⲉⲣⲱⲟⲧ) (ⲓⲁⲣⲱⲟⲧ) *flumina*.
ⲁⲡⲉ T. *caput* . . ⲁⲡⲏⲧⲉ *capita*.	
ⲁⲫⲉ M. *caput* . . ⲁⲫⲏⲟⲧⲓ *capita*.	
ⲁⲣⲉ *alimentum* . ⲁⲣⲏⲟⲧⲓ *alimenta*	ⲟⲩⲣⲟ *rex* . . . ⲟⲩⲣⲱⲟⲧ *reges*.
ⲁⲓⲍⲉ *inimicus* . ⲁⲓⲍⲉⲉⲩ *inimici*.	ⲣⲟ *janua* . . . ⲣⲱⲟⲧ *januae*.
ⲱⲁⲓⲉ *solitudo*. ⲱⲁⲓⲉⲉⲩ *solitudines*.	ⲉⲃⲱ *mutus* . . ⲉⲃⲱⲟⲧ *muti*.
ⲃⲉⲗⲗⲉ *caecus* . . ⲃⲉⲗⲗⲉⲩ *caeci*.	ⲱⲧⲉⲕⲟ *carcer* . ⲱⲧⲉⲕⲱⲧ *carceres*.
